

potestatem in me, mediante sanguine JESU Christi. Ita P. Reepitus, qui etiam testis oculatus refert, quendam ceteroqui bonum servum Dei, ut loquitur, cujus ordinis fuerit non addit, cum porrigeretur ei ad osculum Crucifixus Christus, osculari abnuisse percussis mirantibusque qui aderant, & nomina JESU ac MARIÆ suggerentibus, turbato vultu *diabolum* nominasse. Unde cum colligerent terrore concussi, quod à Dæmone ab his prohiberetur, religiosam coronam in genua provolutâ bis repetiisse S. MICHAEL ora pro eo; ad quæ Dæmon confestim profugit, & æger Serenatâ facie Crucifixum sapius exosculat⁹, & Sancta JESU & MARIÆ nomina invocans felicem spiritum efflavit. Cui non absimile est, quod narrant qui adfuere ægro cuidâ annuente, ut crucifixus ad osculû sibi admoveretur, & admotû mox conspuenti; quo factò terrore attonitis, & causam, & quid hoc esset, rogantibus, respondiisse ægrû: Cupere se quidem Crucifixû osculo venerari, sed mox ut ille ori admoveretur, Dæmon manû suam interjicit, ut osculum, ipse percipiat; hanc ego manum conspuo, ut Crucifixum osculari liberè possim. Ad quæ effusus in preces adstantibus, fugit larva inferni, & æger citra impedimentum Crucifixum Dominum suum devotò osculò veneratus est.

II. Posthunc Angelorum Principem, An-

G

gelus